


In dei nomine et eius gratia Ego addefonsus dei nutu hispaniarum imperator una cum coniuge mea domina berengaria grato animo et uoluntate spontanea nemine cogente. facio cartam firmam et stabilem uobis omnibus franchis de toledo. et dono uobis et concedo tales foros quales habuistis in tempore mei aui regis addefonsi. et in tempore domini bernardi toletane sedis boni archiepiscopi. uidelicet ut habeatis uisum proprium merinum. et uisum saionem. et quod nullus de uobis caualguez p foro nisi ex sua uoluntate caualguaire uoluerit. et concedo uobis quod alter merino uel alter saion non intret in uisum barrio pro pmdiare uel in aliquo malo facere nisi uester proprius que habeatis. et quod non faciatis aliam facenderam neque alium forum nisi talem qualem faciebatis in tempore mei aui regis addefonsi. Hos foros predictos dono et concedo uobis omnibus franchis de toledo ut habeatis et teneatis illos uos et filii uiri et omnis generatio uira. et omnes alii franchi qui in toledo populauerint. iure hereditario in sempiternum. Quicumque hos foros ruperit. siue de mea gente uel aliena fuerit. sit a deo maledictus. et in inferno cum iuda proditore perpetue dampnationi subiciatur. et peccet impatori mille morabitanos.

Facta carta in burgos. viii. kal. maii. Era. g. c. Lxxviii. Addefonso impatore impante in toledo in legione. in sarragoza. naiara. castella. galicia.

Ego addefonsus impator hanc cartam iussi fieri et factam propria manu robozaui



In anno q' corona impis p'mit' recepit

Raimund' toletan' archiepc

of'

Comes rodric' martinez

of'

Petr' secobiensis epc

of'

Comes rodric' gonzaluez

of'

Berengari' salamanan' epc

of'

Comes rodric' gomez

of'

Bernardus cemozensis epc.

of'

Comes gonsaluis

of'

Semen' burgensis epc

of'

Comes lop diez

of'

Petr' palentin' epc

of'

Comes rodric' udez

of'

Ego fernand' di' archiepiscopus hispaniarum impatoris d'ni antonli filii hac carta p' manu p'po signo of'ymo.



Guter ferrandez maior dom'

of'

Rodric' ferrandez

of'

Almarric' alferiz

of'

Melend' bosin

of'

albertin'

of'

Petr' garfiez de foilleda

of'

Palear uiglar

of'

Gijald' scripsit hanc cartam iussu magistri hugonis cancellarij impatoris